Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Obitus fratrum sub Nicolao Abbate.

Anno 1592. 6 Februarii.

Ioannes Agricola pbr, & Granarius.

Anno 1593. 2 Aprilis.

Caysarus Jäger presbyter. Obiit in Mali.

1594. 7 Martii.

Georgius Schmöller presbyter. in Schleis

1595. 12 Martii.

Casparus Seng. Vicarius ad S. Petrum. ibidem sepultus. Studuit in Academia Dilingana.

1596. 4 Maij.

Leonhardus Lauretus Monrii Cesariensis professus, & Prior huius Monrii. moratus hic fuit tm 4 3 menses. lapsus in terram in Prioratu, repetus est sanguine madens, & ut creditur, tandem suffocatus. 1598. 25 Aprilis.

Michael Schalhamer Diaconus.

1599. 24 Julii.

Sebastianus Maier Diaconus & Sacristanus.

Obitus fratrum.

1601. 20 Januario.

Christophorus Wideman pbr. Obiit extra Monrium, in Bauaria habens aliquod beneficium.

Incendium grande exortum.

Anno Dni 1593. in Vigilia S. Joannis ad portam latinam, i. 5 Maii, servus quidam nostri illici hortum Cimiterio contiguum purgare intus, sub vesperum igne illato frutices radicitus concrematurus incendit, superiniectis aridis fruticum remusculis. Heu grande infortunium. flante vento, scintilla nemine suspicante valut avicula in tecta Ecclæ avolarunt & magnum excitarunt incendium. Canantibus quippe tribus subito extra portam inter flammas furiarum instar passim vastantes nil visum fuit. cum tecti Ecclæ flagrauit in clypta & Palea turris, & colliquescentibus campanis omnibus insecantibus & ingemiscentibus cecidit. Vagabunda flamma ventorum impulsu ulterius progressa, illiorum adiacentes aedes vicinas cum interiacentibus horreis cremarunt & concremarunt. Nec ipsa Ecclæ Claustralis penitus secura erat, iam enim turris ignem concepit, sed extinctus ocyus ultra serpere & se ipsius. Duravit ista visendo marore conflagratio diem circiter horas, & cessante vento, cadente pluvia cessavit incendium.

Dominus autem Nicolaus eodem anno plurimis de nostris silvis excisis arboribus, solius Monasterii sumptibus reparavit & reaedificavit cuncta quæ igni absumpserat.